



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

**Parisiis, 1644**

II. De Epiphanio, eo quod Bassus praedia eius occupasset.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14584**

ANNO  
 CHRISTI  
 455.

Mariniani, & laudauit prædium ecclesiæ. Tunc Marinianus pergit ad episcopum vrbis Romæ Sixtum, & cœpit, rogans, postulare ab eo fundum supradictum ecclesiæ. Respondens Sixtus episcopus vrbis Romæ, dixit: Nihil ex meis reeditibus creuit ecclesiæ. Vnde, carissime fili, pauperum senecta subleuari desiderat, nec veni ecclesiam subuertere. Hoc audito, Marinianus habuit in semetipsum, & discessit ab eo.

CAP. II.

Epiphanius igitur ingenuus ex nobilibus parentibus procreatus & facultatibus. Hic nutritus fuerat, quasi in domo Bassi exconsulis. Litigies ergo inter seruum Bassi & Epiphaniū nascitur euentu. Hic venit ad Sixtum episcopū, & cœpit rogare eum, vt ingenuitas eius seruaretur per ecclesiam. Veniens autem Sixtus episcopus vrbis Romæ ad Bassum, cœperat rogare eum de ingenuitate munimentum. Iratus autem Bassus, respondit ad Sixtum episcopum: Nemo enim iudicauit dominum in consilio serui. Nam & misit, & vniuersa prædia eius occupauit.

uus Mariniani, intimauit ei Mariniano, & laudauit prædium ecclesiæ. Tunc Marinianus pergit ad episcopum vrbis Romæ Sixtum, & cœpit rogans postulare ab eo fundum supradictum ecclesiæ. Respondens Sixtus episcopus vrbis Romæ, dixit: Nihil ex meis reeditibus creuit ecclesiæ. Vnde, carissime fili, pauperum senecta subleuari desiderat, & ecclesiam non subuertere. Hoc audito, Marinianus habuit in semetipsum, & discessit ab eo.

CAP. II.

Epiphanius igitur ingenuus ex nobilibus parentibus procreatus est, & facultatibus hic nutritus est, fuerat quasi in domo Bassi exconsule. Litigies ergo inter seruum Bassi & Epiphaniū nascitur. Euentus hic venit ad Sixtum, & cœpit rogare eum, vt ingenuitas eius seruaretur per ecclesiam. veniens autem Sixtus vrbis Romæ ad Bassum, cœpit rogare eum de ingenuitatis munimento. Tum iratus autem Bassus, respondit ad Sixtum episcopum: Nemo enim iudicabit dominum in consilio sequi. Nam & misit, & vniuersa prædia occupauit.